



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Leo Imp Ecclesiæ Romanæ patrimonia inuasit. Eorum reditus, è Theophane. Qui perperam explicatus ab Alemanno. Ejusdem error in donatione Ludovici Pij explicanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

καλαβρίας, & Καλαβρίας τοῦ λαοῦ ἐπέθηκεν. Tribu-
tum imposuit in capita tertie partis populorum
Sicilia atque Calabria. Misso deinde edicto,
quo imagines dejici præcipiebat, Romano
Pontifici gratiam suam Leo pollicetur, si
nefarie definitioni subscriberet. alioqui suo
gradu quantocysus pellendum minatur.
Gregorius statim se adversus hostilem Prin-
cipis animum parat, monetque Pentapo-
leos & Venetiarum exercitus ut ab ea im-
pietate sibi caveant. Subita rerum conver-
sio; omnium mentes ad Pontificem tuen-
dum inclinæ, ab Exarchi obsequio defici-
unt, & delectu suo quique sibi Duces præ-
ficiunt, ut testatur Anastasius. Tunc ergo
Ducem Romana provincia, quemadmo-
dum & ceteræ, suo arbitrato, id est, pro-
cerum delectu, habuit; qui eodem jure ute-
retur in administranda republica, quo Du-
ces ab Imperatore missi.

II. Si quaratur quanam fuerint partes
Romani Pontificis in Ducis creatione, non
obscure responderi potest ex Anastasio,
procerum suffragiis electum, quemadmo-
dum in ceteris civitatibus. Attamen ea erat
Summi Pontificis auctoritas, ut illi in eo
negotio licuerit quod libuerit. Ceterum si
de ordinario jure agatur, ea omnia à Sena-
tu populoque Romano peracta sunt. Nul-
lum enim imperium in Italia vel in Romana
provincia exercebat Romanus Pontifex.
Verum tanta ejus erat apud omnes reveren-
tia, ut difficiliores Principum controver-
sias componeret, & bellorum pacisque mo-
menta temperaret. Hoc observat Grego-
rius II. in epistola ad Leonem; docetque
Pontificis solium Romæ eo consilio consti-
tutum, ut pacem Orientis & Occidentis
conciliet, sequæ medium, veluti parietem
quendam intergerinum, Principum colli-
sionibus interponat. Addit universum
Occidentem oculos ad se convertos habe-
re, & ab omnibus Occidentis regnis bea-
tum Petrum terreni cujusdam Dei loco ha-
beri. Quid ergo tantæ auctoritatis viro non
licuit in nova Romani Ducis constitutio-
ne præcipuè cum ad ejus tuitionem, &
religionis securitatem, hæc consilia cape-
rentur. Sed aliud est majestate nominis &
dignitate sedis aliquid à volentibus impe-
trare, aliud jure suo agere. quod nondum
Gregorio competeat. Voluerunt Itali in
apertam defectionem erumpere, & novum
Principem creare. Sed Pontifex intercessit,
& hortatu Luitprandi Regis in amicitiam
rediit cum Eutychio Exarcho, eique suam
auctoritatem, teste Anastasio, restituit in
Romana civitate.

III. Ex iis quæ retuli componi potest

discrimen quod intercedit inter Latinos
Historicos & Græcos. Theophanes enim,
eumque secuti Zonaras & Cedrenus, do-
cent Gregorium II. Romam atque Ita-
liam ceterasque Occidentis provincias ab
obedientia imperioque Leonis abduxisse.
Nostri verò constanter asserunt eum in of-
ficio populos continuisse, & in fide Imp-
erio debita. Itaque dicendum est, ex hæresi
à Gregorio damnata occasione quidem
sumpsisse Italos pellendorum Ducum ab
Imperatore constitutorum, & vectigalium
retinendorum. Sed ille tantum absuit à re-
bellione fovenda, ut Exarchum in integrum
restituerit. Vel planè dicendum est, Græ-
cos scriptores ea omnia velut in unum fas-
cem conjecisse quæ diversis temporibus ac-
ciderunt, remque totam ad Gregorium II.
retulisse, cujus origo tantum inde peti de-
beat. Revera enim Gregorius II. Leonem
binis literis monuit, sed non excommuni-
cavit, quamvis ita ferat communis opinio,
quam nos quoque secuti sumus libro primo
cap. 1. §. IV. Gregorius verò III. monitum
per literas suas Principem, inter ceteros,
non autem nominatim, excommunicavit
in Synodo Romana.

IV. Leo autem adeo exarsit, ut patrimo-
nia Ecclesiæ Romanæ in Calabria & Sici-
lia sita in fiscum redegerit, quemadmodum
observant Adrianus & Nicolaus, qui ea
incassum ab sequentibus Imperatoribus,
eriam Orthodoxis, repetiverunt. Eorum
patrimoniorum reditus annuus auri talenta
tria & semis consiciebat, ut ait Theophan-
es: Appellata patrimonia sanctorum principum
Apostolorum, qui apud veterem Romam in ve-
neratione sunt, illorum Ecclesiis jam olim per-
solvi solita, auri talenta tria & semis, æra-
rio publico solvi jussit. Sciunt omnes patri-
monia illa Calabriae & Siciliae, latifundia
fuisse quæ per Defensores eò missos Summi
Pontifices curabant, ut patet è variis epi-
stolis Gregorij Magni, vel, ut loquitur Ni-
colaus, disponendo per familiares suos regere stu-
debant. Attamen Nicolao Alemanno viro
eruditissimo placuit, ea patrimonia, census
& tributa fuisse quæ ab Imperatoribus Ec-
clesiæ Romanæ, non munificentia & largi-
tatis nomine, sed ut jure debita penderentur.
Atqui è Theophanis verbis, quibus
innititur, contrarium colligere poterat,
etsi alia deessent argumenta. Qua enim ra-
tione Leo hanc auri summam ærario inferri
præcepit, si à fisco solvenda erat, & non
aliunde exigenda? Nec felicius illi cedit
conjectura, cum existimat Ludovicum
Pium donatione sua restituisse Ecclesiæ Ro-
manæ ea tributa quæ illi quondam, Impe-

Theophanes in
Chronico. de conse-
cra. p. 61. l. 16.
linea, & postea tot
v. scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta.

Hadrianus in ep.
ad Carol. M.
Nicolaus in ep. ad
Michaelen.

Theophanes: τὸ
τῶν ἀποστόλων
ἐπιπέμματα
καὶ τῶν ἐπι-
σκοπῶν τῶν ἐν τῇ
ἀρχαῖᾳ Ῥώμῃ
ἀποδοθέντων
πρὸς τὴν ἐκκλησίαν
ἐκκαὶ ἀρχαῖα ἴσθη-
μένα χρεῖα τῶν
λαοτῶν τῆς ἐκ-
κλησίας τῶν ἐν
ἐκείνῃ τῇ πό-
λει ἀποδοθέντων.

Nicolaus Alem.
in Dissert. de Lat-
teran. Patrimonia
c. 15.

Donatio Ludovi-
ci Necnon & con-
sue, & pensio,
sive cetera annua-
tione quo annua-
tim in Palatinum
Regis Longobar-
dorum inferri so-
lebant, sive de
Tuscia Longobar-
dorum, sive de
Ducatu Spoletan-
no.

Atq. Anas-
tasio Paulum E-
xarchum, cui qui
cum dicitur
v. scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta.

Grego. II. in ep.
ad Leonem. l. 16.
linea, & postea tot
v. scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta. & sic to-
taliter & s. illam
scripta.

Anastasio:
Quod imp. ne-
quid tunc tra-
ha consilio mtr
ne sit agerent
imp. & Constan-
tinopolim ducen-
t. Sed concessit
omnino consilium
Pontifici sperans
novissimum
Procurator Justin
de differtent ab
omni v. illa
Reman. Imperij
annuati.

ratoris nomine, Exarchi persolvebant. Ludovicus enim de iis pensionibus, censibus, & donationibus loquitur, conceptis verbis, quæ Reges Longobardorum à Tuscia & Ducatu Spoletano exigere soliti erant, quas à regio Longobardici regni ærario recidit, & Romanæ Ecclesiæ liberaliter dedit.

V. Latifundiorum & patrimoniorum capiones ab hæreticis Principibus profectæ non abalienarunt Pontificum animos quin Imperij majestatem colerent; ut patet ex epistola Gregorij III. ad Bonifacium, quæ data est imperante Domino piissimo Augusto Leone, imperij ejus anno vicefimo tertio, sed & Constantino Imperatore ejus filio anno vicefimo. Stephanus quoque Patritius & Dux Romanæ civitatis celebratur sub Gregorio III. & initiis Zachariæ. Hic Pontifex quatuor oppida, quæ à Romano Ducatu Longobardorum Rex Luitprandus avulserat, restitui impetravit, adjecto viginti annorum fœdere. Ticinum profectus, iterum exorato Rege, infestas Longobardorum copias à finibus Ravennatum ab Eutychio Patritio & Exarcho rogatus avertit, atque duas partes territorij Cæsennatis à Longobardis invasi reipublicæ restituendas obtinuit; tertia parte pignoris jure retenta, donec Legati redirent, quos Constantinopolim Rex Longobardorum miserat. Non potest liquidius demonstrari retentam hac tempestate à Summis Pontificibus Imperij curam, & imperatorios magistratus Ravennæ & Romæ rebus administrandis præfuisse; ita tamen ut spes omnis conservandæ Italiæ in summa Pontificis dignitate collocata esset. Quare Zachariæ iterum laborandum fuit adversus Rachim Regem Longobardorum, Romanæ provinciæ infestum; quem oratione sua exiit armis & sceptro, & ad monachicam vitam amplectendam impulit.

Anastasius in vita Stephani III. Sine jurisdictione exortione hanc Romanam, vel subiacentia in casibus subdere indignanter asserbat.

Anastasius in vita Stephani III. Contendit Romanam Joannem Imperatoris Silentiaris, deferens eidem sanctissimo Pontifici regiam jurisdictionem simulque & alia ad nomen prædicti Regis impetretur adhiberentur nexum in iustitiam, ut Reipublica loca

exercitu instructus quantocyus adventet ad tuendas Italiæ provincias urbemque ipsam. Cum autem nulla spes præsidij è Græcia superesset, unicum salutis subsidium Stephanus censuit Gallicanæ pietatis arma implorare. Cernens, inquit Anastasius, ab imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium; tunc decessorum exemplo, Regem Francorum suis literis ad auxilia mittenda sollicitavit. Huc usque Romana civitas, licet calamitatibus belli vexata, imperium Constantini Copronymi agnovit.

V I. Pippini de Aistulfo victoria, & collatus Romani Ecclesiæ Exarchatus, status Romani Ducatus immutatus. Si tabulæ fœderis in Carisiaco icti à Stephano cum Pippino extarent, non esset laborandum de conditionibus, quas tamen ex eventu colligere licet. Monui libri primi capite ultimo, à Stephano & Proceribus Romanis Patriciatum Romanum Pippino & ejus filii collatum, ut vice versa Pippinus Stephano Exarchatum sponndit. Non opus est verborum circuitu. Pippinus non solum provincias Ravennæ subjectas, sed etiam omnem Exarchorum dignitatem & imperium Romanæ sedi contulit; quod Romanæ quoque civitatis administrationem complectebatur, quæ summæ jurisdictioni Exarchorum parebat. Pippinus quoque Patriciatum Romanum suscepit, id est, consortium imperij in Romana urbe & provincia. Quod in hac calamitate Romani liberum sibi esse putarunt, propter necessitatem defensionis, sine injuria Constantinopolitanorum, ut inferius dicitur. Itaque duobus in solidum Patriciis exinde Roma paruit, quod deinde continuatum est sub Imperatoribus Occidentis, ut statim dicam. Hac nova animadversione res alioqui obscura poterit illustrari. Quod quidem aperiens erit ex quotidiano usu alienationum patrimonij regij, quibus sæpissime redditus annui tantum & jurisdictione ordinaria transferuntur; sed aliquando etiam Ducis vel Comitis dignitas unâ cum imperio confertur. Hujus generis erat Pippini munificentia. Non enim solas provincias & civitates, sed solidam Exarchatus seu Patriciatus dignitatem contulit. Cujus rei testis est Hadrianus I. qui à Carolo postulavit ne Ravennianos vel Pentapolenses, ad se commeantes, sine pontificis literis susceperet; & si qua de re conquererentur, ad iudicium Romanæ sedis eos remitteret; ut integer & illibatus permaneret Patriciatus à Pippino collatus. Sed præstat integrum locum describere, ex quo id constabit quod proposui; & præterea quæ tunc esset Patriciatus significatio, nempe

diabolus in se
assumpta regna
propter regnum
domine. Ista
Tunc sancti
vir agnus
qui Regi
miseria regni
miseria
& agnitione
fatu cum
riali præter
fo, deprecia
periale
riam in
quæ in
propter
recessu
da in
der
miseria
adventu
in
iniquitate
miseria
nam
vul
licam
liberare.

164

164